



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum habeat aliquam influentiam in hæc inferiora.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

sue quantum ad ordinem officiorum, & donorum, & non minum differentiam, & distinctionem. Deinde probat quod ante omnem creaturam creatum sum angelus, quia prima omnium creatura est sapientia, id est, natura angelica. Contrarium tamē probat per autoritatem Gen. s. celum & terra dicunt primo creatura esse. Postea soluit dicens quod creatura rationalis simul creatura est & spiritualis, f. angelica. Quod probat Eccl. 13, vbi dicitur, qui vivit in aeternum creat omnia simul. Et hanc solutionem confirmat per Aug. super Gen. vbi etiam ostendit quod tempus simul cum creaturis creatum est. Deinde adducit autoritatem Hiero. que videtur contraria. Et dicit quod Hiero. non dicit illud quasi hoc sentiens sed opinionem recitat. Postea dicit quod in celo creatura sunt angeli, quia de celo corruisse legitur, & illud celum non est firmamentum quod videmus, sed celum empyreum vel igneum a splendori nomine. Et hoc probat per autoritatem Aug. Deinde concludit quod simul creatura sunt corporalia & spiritualia. Et dicit quod virtus creatura creatu informis, quia corporalis creatura prius habuit formam confusionis, f. confutam antequam esset formata & distincta per speciem, spiritualis vero dicitur informis respectu gratiae per quam formatur. Ultimo queritur, virum angelum sit creatus in celo in quo demon voluit descendere quando peccauit. Et respondet quod illud celum accipitur pro diuina celsitudine. Et in hoc terminatur sententia in speciali.

## Q V E S T I O P R I M A.

Vtrum celum empyreum sit locus corporeus.

*Tb. 1. q. 66. ar. 3.*

**C**irca distinctionem istam queritur de duobus, scilicet de celo empyreo & de aeo. De celo empyreo quae runt duo. Primum est, virum sit locus corporeus. Secundum est, virum habeat influentiam in alia corpora. Quantum ad primum arguit quod celum empyreum non sit corpus, quia contemplationi non debet locus corporeus. Nam contemplatio existens in corpore aliquatenus abstrahit, unde Aug. 10. de Trin. quando aliquid diuinum mente percipimus non in hoc mundo sumus. Sed celum empyreum dicitur deparatum contemplationi beatorum, ergo non est locus corporeus.

**2 IN CONTRARIUM** sunt Strabon & Beda. Dicit enim Strabon super illo verbo Gen. 1. In principio creavit Deus celum & terram, celum enim dicitur visibilis firmamentum, sed empyreum, id est igneum.

**3 RESPONSO.** Videnda sunt tria, an celum empyreum sit, ad quid factum sit, & quale sit. Quod celum empyreum sit, aut quod sit corpus non potest per rationes necessarias demonstrari, quia quicquid cognoscimus de corporibus celestibus, cognoscimus aut per visum, aut per motum aut ex aliquo effectu in his inferioribus apparete, sed illud celum visu non comprehenditur nec subiacet motui, ut infra diceretur, nec aliquis effectus de illo celo intonsit nobis, & ideo non potest efficaciter probari per rationem quod sit tale celum. Tenemus autem hoc autoritatem sanctorum maximem Strabon & Beda, nihilominus potest hoc aliquatenus persuaderi, licet non multum efficaciter. Sic inter corpora celestia inuenitur aliquid quod est partim diaphanum partim lucidum (vt celum stellatum) ali quod quod est omnino diaphanum, vt. sphaera seu celum cristallinum, ergo debet aliquod inueniri quod sit omnino lucidum, & dicimus hoc empyreum.

**4 Quantum ad secundum,** scilicet ad quid factum sit. Quidam dicunt quod factum si principale propter ordinem vniuersitatis. Quod declarant sic, inferiora in entibus secundum sui supremum attingunt superiora secundum sui infimum, ut vult Dion. nunc est ita quod intelligitur est motor immobilitatis, oportet ergo quod sit aliquod corpus attingens ipsam quantam ad immobilitatem quod est eius infimum, intellectualitas enim est eius supremum, oportet ergo aliquod corpus celeste esse immobile. Et hoc est celum empyreum. Et ita congruerat ordini vniuersitatis propter eius connexionem esse aliquod tale corpus. Factum est etiam (ut dicunt) ut sit locus corporum gloriofum. Decet enim corpora gloriafum esse in aliqua parte vniuersitatis (et maximem in suprema) quā dicimus celum empyreum. Et eadem ratione factum est propter angelos quibus con-

gruit esse in aliqua parte vniuersitatis cum sint & ipsi partes vniuersitatis.

**5** Ita autem non videtur sufficienter dictum, ordo enim in quo inferiora attingunt superiora debet attendi secundum ea quae sunt rei intrinsecas & essentialia, esse autem immobile non est intrinsecum nec essentiale celo empyreum, immobile non est immobile, licet sit immotus. Posset enim moueri & alii orbis quietere non mutata huic vel eorum natura, ideo &c. Quod etiam subditur quod factum est ratiō propter homines & propter angelos, non video quod angelos, quia ut aliqui probabiliter dicunt angelos non conuenit esse in loco nisi per operationem quam habent circa locum, & adhuc secundum illam dicuntur ibi esse metaphoris, nec angelis sunt partes vniuersitatis corporei ut propter hoc oportet eis aptare locum corporeum.

**6** Propter quod videtur esse melius dicendum quod propter hoc quod celum empyreum tener gradum in corporibus qui forte non est supremus cum non sit corpus viuens, neque attenditur secundum suam immobilitatem, sed secundum sua essentialia, nihilominus factum est propter corpora sanctorum ut sit eis locus congruitatis non necessitatis. Ex qua congruitate redditus causa tertii propositi (scilicet quale debet esse). Conditiones enim rei ordinariæ in finem debet congruere fini. Celum autem illud ordinatur ad futurum statu beatorum. Et quia illi sunt in plena fructuione totaliter quiete appetitus humanum, ideo debet esse non motum vel quietum, quia vero sunt in participatione aeternitatis, debet locus illi esse incorruptibilis, quia etiam sunt in continua visione lucis aeternae, debuit esse aeternum lucidum, unde empyreum dicitur (id est igneum) non a calore sed a splendore. Lucidum autem dicitur non quia sit radiosum, quia claritas eius nequaquam latet nos, cum sphere intermedie sint transparentes. Sed pro tanto dicitur lucidum, quia in compositione sua lucem habet, sed non ex tanta densitate partiū ut terminet visum sicut faciunt corpora sois & lunæ, & astrorum.

**7** Ad argumentum in oppositum dicendum quod ibi est locus veri contemplationis non propter angelos, sed propter homines, nec propter spiritum contemplantem nisi quatenus est actus corporis cui congruit talis locus pro statu sue glorificationis, & propter adaptationem iam dicta ut corporalia spiritualibus respondant.

## Q V E S T I O S E C U N D A.

Vtrum celum empyreum habeat aliquam influentiam ad inferiora.

*Tb. 1. q. 67. ar. 3. ad. 2.*

**A**d secundum si proceditur. Et arguitur quod celum empyreum non habeat aliquam influentiam in hac inferiora, quia celum agit per motum & lumen, ut dicitur, 2. coeli & mundi, sed illud celum non agit per motum cum non mouetur, nec per lumen cum non sit radiosum (ut statim fuit dictum in precedente questione) quare &c.

**2 IN CONTRARIUM** arguitur, quia locus est conservatiuum locati, sed celum empyreum est locus inferiorum corporis, ergo est conservatiuum eorum, sed non conservatiuum nisi per aliquam actionem, ergo &c.

**3 RESPONSO.** Hic est duplex modus dicendi non solum diuersorum doctorum, sed vnius & eiusdem in diversis locis (nec mirum) quia cum nihil sciamus de illo celo an sit, nisi per autoritatem, ut dictum fuit in precedente questione, parum possumus scire si agat vel non agat cum nullus effectus eius nobis appareat, nec autoritates aliquae de hoc expresse loquantur. Est ergo unus modus dicendi quod illud celum nihil agat propter duo. Primum est, quia illud ordinatur ad statu glorie. Sed illi status non erit status generationis & corruptionis propter quas sunt oes actiones & passiones, ergo illud celum nihil agit. Secundo, quia nullum corpus videtur habere influentiam super aliud nisi motum, sed celum empyreum non mouetur, ergo non influet in alia corpora.

**4** Alius modus dicendi est quod celum empyreum influet in alia corpora. Quod potest sic persuaderi, inconveniens est ponere aliquam substantiam oiosam seu definitam omni operatione, sed celum empyreum est substantia quaedam naturalis.

R. 4 naturalis.

### Magistri Durandi de

turalis, & inter corporeas est nobilissima, oportet ergo quod secundum suam naturam habeat aliquam operationem, haec autem non potest esse manens in operante, quia huiusmodi operations sunt rerum viventium soli. Requiratur ergo quod operatio eius transeat in materia exteriorem, hoc autem non est, nisi aliquid influeret in alia corpora, ergo cœlum empyreum aliquid influat in alia. Quid autem sit illud, potest dici quod lumen cum sit lucidum, & si non adeo ut corpora astrorum, tamen potest in corpus sibi propinquum aliquid lumen influere, & mediante lumine aliquam virtutem quam ignoramus, sicut ignoramus multa alia quae sunt nobis viciniora, ut cum Magnes attrahit ferrum, ignoramus quid influat.

5 AD rationes in oppositum dicendum quod illud cœlum agit per lumen modo quo dictum est. Rationes etiam alterius opinions non cogunt quod nullus debeat negare quod cœlum empyreum (quoniam sit ordinatum ad statum gloriae) non habeat talem influentiam in alia corpora quale habebunt post resurrectionem cetera corpora inuicem, quia omnia corpora pertinebunt tunc ad eundem statum, sed tunc corpora cœlestia influent lumen inuicem, sol enim illuminabit lunam & corpora astrorum & partes diaphanas superiorum, ergo cœlum empyreum potest nunc corpus propinquum sibi illuminare, nec tales actiones inducent generationem aut corruptionem substantiarum, quia sic influunt quod nihil auferunt.

6 Quod autem secundum dicitur quod nullum corpus agit nisi motum, falso est, & hoc nunc supponitur, quia inferior probabitur.

7 ARGVMENTVM pro alia parte concedatur propter conclusionem, tamen in hoc deficit quod dicit omnem locum esse conservatorium locati, nihil enim conservatur ab alio per se, nisi sit eius causa per se, sicut sol conservat lumen in aere. Per accidentem autem non conservatur, nisi quod est corporale, quia talis conservatio fit impediendo actionem corruptientem, propter quod cum cœlum empyreum non sit causa aliorum orbium, nec alii sint corruptibilis, non habet rationem conservantis, sed solum continentis.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum in ævo sit successio.

De ævo vide Thos. q. 10. ar. 4.5. Q. 6.

Circa ævum queruntur tria. Primum est, vtrum in quo sit successio. Secundum est, vtrum nunc ævi sit idem quod ævum. Tertium est, vtrum sit aliquid vnum ævum quod sit mensura omnium ævitorum. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod in ævo sit successio sic. Illud quod potest deficere ab esse non habet simul suum totum esse (quod enim ab esse deficit non habet totum esse quod habere potuit) quia potuit plus esse, sed angelus cuius mensura est ævum, potest deficere ab esse per subtractionem influentiæ diuinæ, ergo non habet simul suum totum esse, sed ævum est mensura esse angelii, ergo &c.

2 Item si in ævo non est successio idem est angelo fore & fuisse, sed Deus non potest facere angelum non fuisse, ergo non potest ipsum facere non fore, hoc autem est falsum, ergo &c.

3 Item in eodem instanti non possunt contradicторia verificari de eodem, sed si totum esse angelii esset simul mensuratur vno instanti, ergo de angelo non possent contradicторia verificari, hoc autem falso est, ergo &c.

4 IN CONTRARIUM est, quia simpliciter est esse ævitorum quam rerum generabilium (puta hominis vel equi) sed esse talium non est successuum, ergo nec esse ævitorum, & per consequens nec ævum quod est eius mensura. Assumptum probatur, quia omnis successio est essentiale aliquid fieri vel secundum formam, vel secundum locum, si igitur esse rerum generabilium coisteret in successione coisteret & in fieri, & sic quicquid esset etiam causa in fieri esset causa conservativa in esse, quod falso est, ergo &c.

5 RESPON SIO. Videnda sunt duo. Primum quid importetur nomine ævi. Secundum quid sit de veritate questionis.

6 QVANTVM ad primum sciendum quod est mensura vel duratio esse creati vniiformiter & stabiliter se habent. Ævum dicitur mensura vel duratio. Ad hoc enim significandum imponitur sicut tempus & æternitas,

### Sancto Porciano

sed dicitur mensura esse & non essentia, quia duratio abs tenditur secundum actualiem existentiam & non secundum essentiam absolute, propter quod omnis mensura ad durationem pertinet (qualis est ævum, tempus & æternitas) magis respicit esse rei quam essentia. Creati dicitur ad differentiam æternitatis que mensuratur esse diuinum increatum, vel est eius duratio ex quo habet quod nullo modo possit deficere. Vniformiter se habentis dicitur ad differentiam temporis, quod est per se habens motus per quod res semper se habent alterius & alterius, & nunquam vniiformiter. Stabiliter dicitur, quia esse rei generabilis quoniam in se vniiformiter se habet, quandiu res est, tamen per adiunctas transmutationes in accidentalibus continetur tendit ad non esse & ideo tale esse, non est stabile sicut est æternitas esse quod non tendit ad non esse per aliquid sibi adiunctum, vel sibi intrinsecum quoniam posse deficere per substructionem diuinæ influentie. Ex his apparet differentia inter æternitatem, tempus & quoniam secundum differentiam mensuræ habent vel durationes eorum quibus competunt.

7 QVANTVM ad secundum dicenda sunt duo. Primum est quod in quo non est successio. Secundum est quod esse vnius ævitorum potest alii succedere. Primum patet duplicitate. Primum ex incorruptibilitate ævitorum, cuius est proportionatum ævo, quia in omni successione aliquid amittitur & aliquid vero acquiritur, quia in omni successione amittitur & acquiritur. Secundum ex manifesta contradictione quæ in ipsis terminis implicatur. Acquisitio posterioris est amissio prioris, & hoc est verum in omni successione sive secundum locum in qua locus unus acquiritur alio amittitur, sive secundum formam in qua vna acquiritur alia amittitur. Sed in esse angelii & cuiuscunq; ævitorum (quoniam est) nulla est noua acquisitione vel amissio cum ponatur simpliciter incorruptibile (dicente Aug. de ciui. Dei) quod immortalitas angelorum non transit in tempore, nec est præterita quasi iam non sit, nec futura quasi nondum sit, ergo in esse angelii nulla potest esse successio.

8 Item arguitur secundum sic, esse angelii vel est idem quod essentia, vel proportionatur essentia, sed in essentia angelii nulla est successio, sed est tota simul in indubibili confessus, ergo & esse. Probatur minor, si enim ratio speciei substantiae constituit in indubibili sicut species numerorum maximè oportet hoc verificari in separatis à materia ut innuit Philosop. 8. Metaph. quare &c.

9 Secundum patet sic. Sicut permanentibus opponitur successio, sic successus simulans, sed duo motus quorum quilibet est successus secundum se non obstante successione cuiuslibet eorum secundum se possunt simul esse unus cum alio, sicut idem homo simul currat & fabricat, ergo duo ævitorum quorū quolibet est secundum se manens (non obstante manentia & simulata quā habet vnumquodque eorum secundum se) possunt sibi succedere, quemadmodum unus angelus potest creari alio non creato, & hoc adhuc illico aliud creari, sed hæc successio non est per se, sed per accidens soli, quæ enim per se sibi inuicem succedunt, eorum sunt tales quod vni repugnat simul esse cū alio, ut patet in partibus motus & temporis. Ävitorum autem non est repugnat esse simul, ideo inter ea non est successio per se, sed per accidens soli, ex beneplacito productus. Patet igitur quod in ævo non est successio, cum sit idem iudicium de eo & de esse ævitorum. Et quoniam in ævo secundum se non sit successio, potest toti tamē successione temporis coextiter, nec enim est ævum, sicut nunc temporis quod non potest bis sumi eo quod fluens est, sed quasi nunc stans quod multo tamen potest significari. Et ob hoc pluribus coexistere, quemadmodum si quis agat palū in fluvio, durat palus & fluvius, sed in duratione fluvii est successio aquæ postquam in duratione vero palū non, sed durat angelus, durat mōtus, durat ævum, durat tempus: sed in duratione motus & temporis est successio, non sic in duratione angelii & cū & tamen sibi inuicem coexistunt ratione cuius coexistente dicitur angelus fuisse, quia coexistit præterito & fore, quia coexistit futuro, quoniam de esse angelii nihil amittitur in præterito, non acquiratur in futuro.

10 A D primum argumentum cum dicitur illud quod potest deficere ab esse non habet simul suum totum esse. Dicendum quod falso est. Ex hoc enim potest aliquid defici-